



*Minuta,
magna respice;*

*Perenne
sub polo nihil*

SEPTEM
ORBIS ADMIRANDA
EX ANTIQVITATIS MONIMENTIS COLLECTA,
ET OBLECTATIONI PVBLICÆ IN AEREAS TABVLAS
AB
ANTONIO TEMPESTA FLORENTINO
RELATA:
A
IVSTO RYCHIO GANDENSE
VERSIBVS CELEBRATA,
ROMAE
ANNO CIO. IOC. IIX.

Venduntur
Antuerpiæ,

apud Io. Bap.^{tam}
Vrintium.



ILL.^{MO} ET EXCELL.^{MO} PRINCIPI CAROLO DVCI CROYO ET ARSCHOTANO,
*Admiranda Antiquitatis censori peritissimo, collectori elegantissimo,
Hæc SEPTEM ORBIS MIRACVLA priscis Scriptoribus decantata et nunc
Excell. eius*

S. R. I. ET CHIMACI PRINCIPI, AVREI VELLERIS EQVITI, &c.
*U pratorijs structuris atq; operibus æmulatori magnificentissimo:
ANT. TEMPESTÆ artifice manu ingeniose adumbrata, L. M. D. D.
Io. Bap.^{tu} Vrintius Antuerpiensis.*



1. Phidiacæ monimenta manus, IOVIS ORA, sub vinctâ
Elide, Pisæi studijs conjuncta Theatri,

Artificis decora alta sui tota Hellas, et Orbis
Suspexit, celebrem ludis junxitque fauorem.



Quis RHODII dignè versu subline COLOSSI
 Cantet onus, radiansq; caput, coeloq; minanteis

Extensas immane manus? quas, pondere tanto
 Indignata, graui decussit terra ruina.



3. *Molem Asia immensam, fastu spectanda superbo
Struxit, TEMPLA HECATES, regalibus vndiq; cincta*

*Sumptibus: infano quæ vanus Erostratus aestu
Incendit, stolidæ venatus præmia famæ.*



4.
 Nota SEMIRAMIDIS constructa viraginis altè
 MOENIA, quadrato Babylona obeuntia saxo.

Asphalite jubet Regina bitumine nec̄ti
 Marmora, longæuos non formidantia casus.

Banquet de Suimon van Babel



5. *Ipsa suo bustum Cariatis fida, marito
MAVSOLO TVMVLVM, qualem non vlla dedere*

*Sæcula, nec summo lustravit Phoebus ab axe,
Instituit; sed stravit edax miracula tempus.*



6. Clarâ Pellæi juvenis memorabilis vrbe,
Luciferaq; PHARO, et ducto per cœrula ponte

Insula, tot Regum quondam fundata talentis
Venit in extremas moribundo nomine gentes.



7.
Ardua PYRAMIDVM miracula, busta Canopi
Principibus, summo ferientia sidera cono,

Innumerâque manu quondam fundata vetustas
Adserit, atq; oculis adeuntium hæc secula seruant.